MAN
VSCR
ASTR

Leriapel

~~15~~

~~16[illegible]~~

CAPUT I

Convertere Annos et menses in Dies

1. Tabulæ omnes motuum cælestium supputatæ sunt ad motum diurnum Planetarum, ideoque ante omnia anni, et menses in dies transferendi sunt. Et quia annus mensis et dies propositus, non est completus sed currens assumendus est pro completo annus, mensis, et dies præcedens: ut si detur annus 1570 Mensis Maius, et dies 28; dicemus fluxisse completos 1569 annos, et totum Aprilem, et præterea 27 dies Maji

2. Annorum igitur numeri disponendi sunt perpendiculariter, ut vides in Paradigmate: et ex tabula 1ª assumendi sunt numeri cuilibet litteræ annorum correspondentes: et quia in tabula primæ litteræ annorum 1. correspondet numerus 036525. scribitur cum 1. in eadem Linea ad dexteram: et quia secundæ litteræ 5. respondet in tabula 182625 transcribitur similiter relinquendo ad sinistram unum spatium vacuum. deinde tertiæ litteræ 6. correspondet 219150. scribitur etiam relinquendo duo spatia vacua punctis signata, et sic deinceps. Ex suma 1ª auferuntur vel delentur duæ ultimæ litteræ ad dexteram. Concludo igitur in annis 1569 completis fluxisse 573077 dies.

Paradigma Conversionis

Anni	1	036525
	5	·182625
	6	··219150
	9	···328725
Suma 1ª		573077~~25~~
Aprilis		120
Dies		27
Suma 2ª		573224

3. Duæ ultimæ literæ delentur, quia non sunt dies, sed dierum centesimæ partes, quæ si fuerint 75. datus annus

annus bissextilis erit. si vero fuerint. 00. erit primus annus post bissextilem, Si autem supersint 25. erit secundus annus post bissextum: et tandem si 50. erit tertius annus post bissextile

4 Cognito iam anno bissextili, vel communi addendi sunt dies mensium completorum, ex columna anni bissextilis, quando literæ deletæ sunt 75: vel ex columna anni communis, quando literæ sunt 0.0 vel 25, vel 50. et quia in nostro exemplo annus est communis Aprili completo respondent 120 dies. adduntur præterea elapsi dies Maii 27. et summa trium terminorum est vera dierum summa. 573224.

5 Licet in numero annorum detur. 0. transcribitur etiam ex tabula sua linea 000000: ut si detur annus 1561. die 28. Maji. anni completi erunt 1560 et facta summa residuum est. 00. ideo annus currens communis, et ex columna anni communis debentur Aprili completo dies 120. qui cum 27 Maji adduntur ad primam summam, ut habeatur secunda

Paradigma 2.m

1	036525
5	. 182625
6	. . 219150
0	. . . 000000
Summa 1.	5697900
Aprili.	— — 120
Dies	— — — 27
Summa 2.a	569937

6 Similiter detur annus 1670. die 19 Aprilis. anni completi erunt 1669 et Martius etiam completus, et præterea dies 18. completi Aprilis currentis: summa eadem ratione colligitur et erit 609710. dierum, et sic in alijs

Paradigma 3.m

1	036525
6	. 219150
6	. . 219150
9	. . . 328725
Suma	6096025
Mart	 90
Dies	 18
Suma	609710

CAPUT II.

Convertere horas, minuta, et secunda, in Diei decimas.

7. Decimarum partium explicationem dedi in Arithmetica. lib. 1. § 50. Earum usus praecipuus est in Astronomia, quarum beneficio omnes Astronomicae operationes ad vulgarem algorithmum facile reducuntur: ut liquet ex mea Arithmetica lib. 1. § 138. Hic ad maiorem praecisionem assumpsi partes millionesimas, quarum denominator est unitas, vel 1. cum sex cyphris, nempe 1000000 quilibet igitur dies concipitur divisus in 1000000 et iuxta hanc divisionem formatae sunt tabulae 2.ª et 3.ª Conversio haec eadem arte, et methodo perficitur

8. Primo igitur disponantur horae, minuta, et secunda perpendiculariter; ut si detur annus 1670 die 19 Aprilis. hor. 5. post meridiem Min. 15. et sec. 41: disponentur hor. 5. min 15: secunda 41. perpendiculariter, ut vides: deinde in tabula 2.ª e regione hor. 5. invenitur numerus decimarum 208333. et transcribitur ut in paradigmate. Ingredior postea in tabulam 3.ᵐ pro minutis 15. accipiendo decennarium, nempe 10. in parte sinistra et unitates nempe 5. in fronte, et in angulo communi invenio 10416 in prima linea, quae est pro minutis signata litera Mi: hae decimae scribuntur ut in paradigmate, relinquendo unum spatium vacuum puncto signatum. ingredior iterum eandem tabulam cum secundis 41. accipiendo 40. in sinistra, et in fronte 1.

Paradigma		
Horae	5	208333
Min.	15	·10416
Sec.	41	··0473
Summa		219222

et

et in angulo communi, in secunda linea quæ est pro secundis signata litera S. invenio 0473. scribuntur etiam, ut in paradigmate relinquendo duo spatia vacua ad sinistram puncti signata. Summa omnium sunt veræ decimæ diei quæ debentur horis 5. min. 15. sec 41: duæ ultimæ literæ deleri possunt pro omni calculo, nisi forte eas conservare libeat pro motu lunæ velocissimo. Tandem hæ decimæ adjiciantur ad numerum dierum inventum: ad dexteram interposito puncto, quod dividat dies a decimis: et quia numerus dierum inventus § 6. erat 609710 adjectis ad dexteram decimis erit 609710.2192: et datum tempus reductum erit ad dies et diei decimas

9 Observandum præterea est diem Astronomicum 9bris 23. incipere ab ipso meridie diei 23. civilis Unde horæ matutinæ ante meridiem non pertinent ad diem astronomicum 23. sed ad 22 adhuc currentem: et cum data horæ matutinæ numerentur a media nocte, addendæ sunt 12 horis, quæ a meridie præcedenti fluxerunt usque ad mediam noctem: et sumendus est pro completo dies præcedens astronomicum currentem. Ut si detur annus 1670. die 19 aprilis, hora 9. min. 20. sec. 35. matutina dies astronomicus currens erit 18. additis 12 horis: erit dies 18. hor. 21. min. 20. sec. 35. Quapropter tunc temporis dicemus fuisse annos completos 1669 mensem Martium et dies 17. horas 21. min. 20. sec. 35 Aprilis, et hoc est verum tempus in dies, et decimas convertendum, quod sedulo observandum est ne æquivocatio subrepat. Quando igitur horæ sunt a media

noctē

nocte auferentur 2 dies; et adjiciuntur 12 horæ, quando autem horæ sunt post meridiem aufertur unus dies, et datæ horæ sumuntur ut completæ

CAPUT III

Invenire medios motus Planetarum

10. Ad inveniendos medios, sive æquales Planetarum motus, convertendum est prius datum tempus in dies, et dies decimas per cap. 1. et 2.^{m} ut si inveniendus est medius motus Longitudinis Solis anno 1670 Aprilis die 19. hor. 15. 41' post meridiem. Tempus reductum ex n. 8. erit 609710.2192.

Paradigma.

Epocha	Greg.	746609
6 (Dies.)		164274.4983
0		00000.0000
9		2464.1174
7		191.6536
1		02.7379
0		0.0000
2 (Decimæ)		.0547
1		.027
9		24
2		0
Summa		167007.7279

Notæ istæ numerales disponantur perpendiculariter distinguendo dies a decimis interposito puncto, ut vides in Paradigmate

11. Quære deinde tabulam propriam Medii motus Longitudinis Solis: ubi invenies duas Epochas: prima est Gregoriana quæ inservit nostro tempori a die 4. Octobris anni 1582. secunda est Juliana quæ accomodatur omni tempori ante prædictum diem, et annum: et quia in nostro exemplo tempus datum est post Gregorianam Kalendarii correctionem, assumenda est Epocha Gregoriana, et 1.º loco scribenda: deinde quia prima numeralis litera ex perpendicularibus est 6: assumo ex tabula lineam quæ ipsi 6. correspondet, nempe 1642744983 quam scribo in Paradigmate

paradigmate e regione ipsius 6. tali arte, ut tot literæ sint ante punctum epochæ, quot sunt literæ in numero dierum: et quia in nostro exemplo sunt in numero dierum sex literæ, nempe 609710. ideo sex literæ scribuntur ante punctum Epochæ, scilicet 164274 ut vides, et quatuor reliquæ 4983. post punctum: ut in paradigmate apparet: quod sedulo observandum est in prima linea; ideoque in omnibus tabulis in fronte scripti sunt numeri minores. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. qui denotant, quæ litera ante Epochæ punctum collocari debeat, juxta dierum numerum

12. Jam secunda littera ex perpendicularibus est. 0. ponitur ergo in secunda linea 00000.0000. relinquendo ad sinistram unum spatium vacuum. Insuper tertia litera ex perpendicularibus est. 9. cui in tabula debetur 2464.1174. et scribitur in paradigmate relinquendo aliud spatium vacuum, et sic deinceps: post punctum ponuntur tantum quatuor literæ, licet plures in linea reperiantur, quia hæ sufficiunt ad præcisionem. Si autem litera sequens sit 8. vel. 9. additur unitas literæ præcedenti, quod observandum est in 1. et 4. linea, quæ observatio licet ommittatur, non erit error ultra pauca aliqua secunda, quæ supputationem non maculant

13 Tandem colligitur summa, quæ hic est 1670|07.7279: quatuor primæ literæ ad dexteram sunt decimæ: duæ reliquæ sunt partes circuli, reliquæ vero, quæ ad sinistram remanent, sunt integri circuli, quos Planeta eo tempore suo cursu peregit, a Christi nativitate: Unde in nostro casu concludes solem

peregisse

peregisse 1670. integros circulos et esse tunc temporis in. 07.7279: a principio Arietis: sed cum integri circuli ad supputationem Planetarum necessarii non sint, ideo literæ ad sinistram lineolæ remanent nobis inutiles sunt, et potuerunt in summa libero ommitti. Eadem ratione omnes alii motus æquales colligendi sunt; ut patet ex sequenti exemplo Anomaliæ æquinoctiorum

Sit præterea ad idem tempus inquirendus medius, siue æqualis motus anomaliæ æquinoctiorum. Disponantur dies perpendiculariter, et ommittantur decimæ, quia ob tarditatem motus nulla circuli pars sensibilis correspondet. Posita primo loco Epocha

Epocha Greg.	Paradigma
Epocha Greg.	4.0785
Dies 6	000095.7388
0	.00000.0000
9	0001.4361
7	...000.1117
1	00.0016
0	0.0000
sũma.	1 | 01.3667

Gregoriana transcribantur ex tabella Medii motus anomaliæ æquinoctiorum lineæ numeris perpendicularibus respondentes, relinquendo semper ad sinistram unum spatium vacuum, ut vides: et facta summa divisis sex ultimis litteris concludes anomaliam peregisse unum integrum circulum, et præterea unam circuli parte, et 3633. decimas etc.ª Hæ partes, et decimæ converti possunt in signa, gradus, minuta, et secunda per propriam tabulam 4.ᵈ: sed hæc operatio necessaria non est nisi in vero Planetarum loco, ideoque nunc ommittendam duxi.

CAPUT. IV.

De Prostaphæresi Æquinoctiorum invenienda

Æquinoctia non semper in eodem puncto consistunt sed librantur ab occasu

ab occasu in ortum, et ab ortu in occasum intra certos limites, et punctum medium inter ipsos est æquinoctium medium; distantia autem veri æquinoctii a medio est ipsa Prostaphæresis, sive æquatio addenda vel subtrahenda, ut verum æquinoctium habeatur: quod omnino necessarium est, quia omnia Planetarum loca per tabulas supputantur cum habitudine ad æquinoctium medium, prout scilicet ab illo distant; addita vel ablata æquinoctiorum Prostaphæresi obtinetur vera Planetæ longitudo, quæ est vera distantia ab æquinoctio vero

16 1° igitur ad datum tempus inquirenda est Anomalia æquinoctiorum; 2° cum duabus primis literis anomaliæ ad sinistram sumenda est Prostaphæresis ex tabula 6. additiva vel substractiva prout litera A. vel S in tabula docent ingrediendo cum decenario in latus dextrum, et cum unitatibus in frontem, vel in calcem. ut si anomalia inventa fuerit 63.2400. in latere sinistro invenio 60 in calce, et in angulo communi 0.2506 quæ est prostaphæresi debita partibus 63. Pro decimis vero sumetur pars proportionalis multiplicando differentiam Prostaphæresi inventæ, et sequenti per datas decimas, et ex producto auferantur quatuor literæ ad dexteram: reliquæ vero addantur, vel auferantur Prostaphæresi inventæ, prout illa fuerit maior, vel minor. Sic quia Prostaphæresi inventa est 0.2506; et sequens 0.2649. differentia erit 143. multiplicata per datas decimas 2400, erit productum 343200: deletis quatuor ultimis literis, remanent 34: hic numerus si addatur Prostaphæresi

inventæ

inventæ 0.25 06, quia sequens est maior, erit Vera Prostaphæresis 0.2540: et additiva, quia 60 reperitur in columna, quæ habet literam A.

17 Sit præterea Anomalia 36.0122. In latere sinistro assumo 30: et in fronte 6, in angulo communi reperitur Prostaphæresis 0.2649. diferentia ipsius, et proxime sequentis est 143: quam duco in decimas 0122. Producetur 17446: ablatis quatuor ultimis literis remanebit 1. vel fere 2. hoc residuum si auferatur ex Prostaphæresi inventa 0.2649: quia sequens minor est: remanebit vera Prostaphæresis 0.2647. et erit substractiva, quia columna ubi 30 reperitur signatur litera S.

18 Methodus hæc observari debet pro tis mille annis antecedentibus, sed hac nostra ætate qua sol versatur in eccentricitate minima, paulo aliter eruendam esse Prostaphæresin Lansbergius docet, hoc qui sequitur modo

1.° si Prostaferesis sit additiva, et maior 0.0579: diferentia huius, et Prostaphæresis inventæ erit vera Prostaphæresis additiva

2.° si Prostaphæresis sit additiva et minor 0.0579; sumes 0.0579 pro vera Prostaphæresi

3.° si fuerit substractiva et maior 0.0579; sumes diferentiam huius, et inventæ Prostaphæresis pro Prostaphæresi substractiva

4.° si fuerit substractiva, et minor 0.0579 sumes diferentiam pro additiva Prostaphæresi

19 Sit ergo invenienda Æquinoctiorum Prostaphæresis ad annum

num currentem 1670 die 19. Aprilis hor. 5. post meridiem min 15. et secundus 41. Anomalia huic tempori debita ex §. 14. erit 01. 3667. In tabula Prostaphæreseon invenio ad sinistram 0. et in fronte 1. et in angulo communi 0. 0216. differentia est 215. ducta in decimas Anomaliæ 3667. producetur 788405: deletis quatuor ultimis literis remanent 78. quæ si addantur ad Prostaphæresim inventam, dabunt 0. 0294 quæ cum sit substractiva, et minor 0. 0579; sumitur differentia, nempe 0. 0285: pro additiva prostaphæresi: iuxta præceptum quartum

CAPUT. V.

Verum solis locum inquirere

20. 1.º Collige Medios motus Anomaliæ Æquinoctiorum, Longitudinis solis: Centri solis, et Apogæ ipsius ex tabula 5.ª

2.º cum Centro solis quære eius prostaphæresin, et serva decimas subjectas

3.º adde, vel aufer centri prostaphæresim Medio Apogeo et habebis apogeum verum ab æquinoctio medio

4.º aufer hoc apogæum verum a medio solis motu, et si hic fuerit minor addes ipsi integrum circulum, nempe unitatem ad sinistram, vel 100.0000. ut substractio fieri possit: residuum erit Anomalia vera orbis solis

5.º cum hac Anomalia orbis vera accipe Prostaphæresim orbis solis: et duc subjectas decimas, in decimas quas servasti Prostaphæresis centri ☉, et ex producto aufer quatuor ultimas literas, reliquas autem semper adde Prostaphæresi orbis solis ut fiat absoluta

6.º

6.° Hanc adde vel aufer medio motui longitudinis Solis, et habebis verum locum Solis ab æquinoctio medio: si autem huic loco invento addas vel auferas Prostaphæresim æquinoctiorum, habebis veram Solis longitudinem, vel distantiam ab æquinoctio vero.

21. Detur annus 1670. dies 19 Aprilis hor 5. 15. 41. post meridiem, ad quod tempus investiganda sit vera longitudo Solis: prout in sequenti Paradigmate.

Quæritur 1.° medii motus per caput 3. et ordinantur ut in lineis A. B. C. D. cum medio motu centri inquiro Prostaphæresim ex sua tabula quæ est E. asservando decimas prout in F. ex E, et D. fit D E: aufero D E. ex

Paradigma

A	1	M. M. An.æ æqu.	.01.3 667
B	2	M. M. Long. ☉.	.07.7269
C	3	M. M. Centri ☉.	.55.6803
D	4	M. M. Apog. ☉.	.26.8009
E	5	Prost. Centri ☉. ad	0.5715
F	6	Decimæ servatæ	0.0331
D E	7	Apogæum verum	27.3724
B–D E	8	Anom. Orbis vera	80.3555
G	9	Prost. Orbis ☉ ad	0.5218
B G	10	Locus ☉ ab Æ. M.	08.2487
H	11	Prost. Æquin ad.	0.0285
B G H	12	Vera Long.° ☉	08.2772
		Hoc est ♈ 29.48.	

B. fit B–D E, cum ista Anomalia inquiro Prostaphæresim Orbis G: tum ex B et G. fit B G: et cum H Prostaphæresi æquinoctiorum fit B G H. vera Solis longitudo

22. Claritatis gratia explicemus singula. Inventis mediis motibus A. B. C. D. sumo medium motum centri 55.6803. et cum duabus primis literis 55. ingredior tabulam 6.am Prostaphæresis centri accipiendo 50 in latere dextro, et 5 in calce; in angulo communi invenio 0.5069: et subjectas decimas 331. has scribo statim in linea F. Prostaphæresis sequens est 0.6019. differentia inter 0.6019 et 0.5069 est 950: si ducatur in decimas

medii

medii motus centri, nempe 6803, producetur 6462850: ablatis quatuor ultimis literis remanent 646, quæ si addantur Prostaphæresi inventæ 0.5069 fiet vera Prostaphæresis 0.5715 additiva: quam scribo in linea E: et colligo summam D E. eritque Apogæum verum 27.3724. Si Prostaphæresis fuisset substractiva auferri debuisset ex medio apogæo D.

23. Jam aufero apogæum verum 27.3724. ex medio Solis motu 07.7279: et quia iste minor est, addo ipsi 100.0000: hoc est unitatem ad sinistram, et erit 107.7279. ex quo aufero 27.3724: remanet B – D E: hoc est B. minus D E. nempe 80.3555, et est anomalia Orbis vera: cum duabus primis literis 80. ingredior tabulam Prostaphæresis Orbis Solis, ut antea, et invenio 0.5221. cum subjectis decimis 1065: Prostaphæresis sequens est 0.5085: differentia utriusque est 136: ducta in decimas Anomaliæ nempe 3555: producetur 483480: ablatis quatuor literis remanent 48, quas aufero ex Prostaphæresi inventa 0.5221, quia sequens minor est: et remanet Prostaphæresis 0.5173: Tandem duco decimas subjectas 1065 in decimas Prostaphæresis centri servatas in linea F. nempe 331. Producitur 352515: ablatis quatuor literis remanent 35: has addo Prostaphæresi ultimo inventæ 0.5173: eritque Prostaphæresis Orbis solis absoluta 0.5218 additiva, quam pono in linea G: qui stilus servatur in unoquoque Planeta

24. Tandem quia Prostaphæresis hæc additiva est additur

medio motui

medio motui Solis B. 07.7279 summa erit BS. verus locus Solis ab æquinoctio medio nempe 08.2462. Prostaphæresis Æquinoctiorum additiva est H 0.0285 ex § 19. addita ergo vero Solis loco 08.2462 fit BSH. 08.2747 vera Solis longitudo ab æquinoctio vero; siue a vero principio Arietis quæ methodus perpetuo observanda est

CAPUT. VI

De inquirenda Lunæ vera longitudine, et latitudine

25. 1.° inquire medios motus longitudinis Solis, longitudinis Lunæ a Sole, et Anomalia Orbis Lunæ, et latitudinis Lunæ ex tabula 5.ª et 7.ª

2.° duplicata longitudo Lunæ a Sole est anomalia centri, cum qua excerpe centri Prostaphæresim servando decimas subjectas, prout in § 22; ex tabula 8.ª

3.° adde vel aufer Prostaphæresim centri anomaliæ Orbis, ut fiat anomalia orbis æquata

4.° cum hac anomalia Orbis æquata sume Prostaphæresim orbi non omittendo partem proportionalem, et multiplica decimas subjectas per decimas asservatas Prostaphæresis centri; et rejectis quatuor literis adde semper reliquas Prostaphæresi orbis inventæ et erit absoluta

5.° coniunge medios motus solis, et longitudinis Lunæ a Sole et habebis medium motum longitudinis Lunæ

6.° adde vel aufer huic mediæ longitudini Lunæ Prostaphæresim Orbis absolutam, et habebis veram Lunæ longitudinem ab æquinoctio medio, et cum Prostaphæresi æquinoctiorum ab æquinoctio vero

Pro Latitudine Lunæ

1.º adde vel aufer Prostaphæresim Orbis absolutam medio motui Latitudinis Lunæ, et habebis motum Latitudinis verum

2.º cum motu vero Latitudinis ingredere tabulam 9.am Latitudinis Lunæ, accipe latitudinem, eodem modo quo Prostaphæresim orbis, multiplicando etiam subjectas decimas per decimas asservatas Prostapheresis centri: et ablatis quatuor literis adde semper reliquas latitudini inventæ, et habebis veram Latitudinem Boream, vel Austrinam: ascendentem, vel descendentem prout ex ipsa tabula 9.a colligitur. Exemplo res manifestior fiet.

Paradigma

A	1	Med. Motus Longitudinis ☉	07.7279
B	2	Med. Mot. Longitudinis ☽ a ☉	99.5903
C	3	Med. Mot. Anom.æ Orbis ☽	61.0786
D	4	Med. Mot Latitudinis ☽	76.3211
BB	5	Anomalia centri ☽	99.1806
E	6	Prostaph centri ☽ Subst.	0.1093
F	7	Decimæ asservatæ	.0000
CE	8	Anomalia Orbis ☽ æquata	60.9693
G	9	Prostaphær Orbis absoluta add.	0.9308
AB	10	Med. Motus Longitudinis ☽	07.3182
ABI	11	Locus ☽ ab æquin.º medio	08.2490
H	12	Prostaph æquinoctiorum add.	0.0285
ABIH	13	Long.e vera ☽ a vero æquin.º	08.2775
DG	14	Motus verus Latitud. ☽	77.2495
L	15	Latitudo vera ☽ Bor Asc.	0.1952
DGQ	16	Mot. Ver. Lat. ☽ cum quadrante	102.2495
☊	17	Nodus Boreus sive caput ☊	06.0256

27. Inveniendasit Longitudo, et latitudo vera Lunæ ad idem tempus datum §21. disponentur termini, ut in Paradigmate. ABCD. sunt medii motus BB. est anomalia centri ☽ nempe duplicata longitudo Lunæ a sole. cum hac sumitur E. prostaphæresis centri ☽ subtractiva ex tabula 8.ª et 10.ª subiectæ servantur in F. deinde prostaphæresis E aufertur ex C. medio motu anomaliæ orbis ☽: et fit CE ~~Anomalia~~ a Anomalia æquata: cum qua sumitur prostaphæresis orbis ex tabula 8.ª eodem modo, quo prostaphæresis Solis §23. Insuper sumantur AB. in linea 10.ª et est medius motus longitudinis ☽: cui applicatur G. prostaphæresis absoluta orbis et fit linea ABG. et cum H prostaphæresi æquinoctiorum fit ABGH. linea 13.ª quæ est vera longitudo ☽. Tandem G. prostaphæresis orbis ☽ absoluta applicatur D. medio motui latitudinis; et fit DG. verus motus latitudinis, cum quo ex tabula 9.ª sumitur L. latitudo, eodem modo quo prostaphæresis orbis §23. ducendo etiam decimas subjectas in decimas asservatas F. et abjectis quatuor literis, adduntur reliquæ latitudini inventæ, et fit vera latitudo Borealis vel australis ascendens vel descendens prout tabula docet. quæ omnia per se clara sunt, si ea quæ de sole diximus §23. observentur.

28 Nodus Boreus sive ☊

Est punctum in quo orbita Lunæ ascendendo a meridie in septentrionem secat Eclipticam: oppositum vero punctum in quo descendendo a septentrione in meridiem eandem Eclipticam secat, est Nodus Austrinus sive ☋: primum caput draconis dicitur, secundum vero Cauda. Pro capite igitur inveniendo ad

de

8

adde 25.0000 vero motui latitudinis (quod in paradigmate est ☊ S. 77.2495) summa erit. 102.2495 et deleta unitate ad sinistram erit 02.2495: hanc summam aufer ex longitudine vera A B P H. 08.2751: Residuum erit 06.0256 longitudo ☊. cui si addas 50.0000 prodibit 56.0256 longitudo ☋.

29 ## Reductio Lunæ ad Eclipticam.

Inventa longitudo tam Lunæ, quam Nodi Borei est in ipsa Lunæ orbita, non vero in Ecliptica: si ergo Lunam et Nodum ad Eclipticam velis reducere: cum vero motu latitudinis quam inventa excerpe decimas reductionis ex proprio canone tabulæ 4æ Lunaris: quas adde vel substrahe tam longitudini Lunæ, quam Nodi; et habebis veram Lunæ, et Nodi longitudinem in Ecliptica: exempli gratia: Verus motus latitudinis inventus est 77.2495: in latere dextro canonis invenio 77 cui respondent decimæ. 0.0081: sequentes decimæ sunt 0.0120. differentia est 39: quæ si ducatur in 2495 decimas nempe veri motus latitudinis 77.2495 producetur 97305: et ablatis quatuor literis, remanent 9: quæ si addantur ad 0.0081: veræ decimæ reductionis erunt 90: istæ auferendæ sunt ex longitudine Lunæ, et Nodi Borei, quia in parte dextera Canonis ubi inventus fuit motus latitudinis, scribitur sub: ablatis igitur 90 ex 08.2751 et ex 06.0256 remanet vera longitudo Lunæ in Ecliptica — 08.2661 et Nodi Borei 06.0166: quæ reductio ommitti potest in Luna, sicut in reliquis Planetis ommitti solet.

Caput VII

de vera longitudine trium Superiorum Planetarum.

♄. ♃. ♂.

et de ipsorum latitudine

30. 1.° inquire medios motus Solis, Planetæ, ipsius Apogæ, et Nodi Borei

2.° aufer apogæum medium ex media longitudine Planetæ, residuum erit anomalia centri

3.° cum anomalia centri quære Centri prostaphæresim non neglecta parte proportionali: et asservando subjectas decimas, adde, vel aufer hanc centri prostaphæresim æquali motui Planetæ: et habebis longitudinem Planetæ centricam:

4.° aufer longitudinem centricam Planetæ, ex medio Solis motu, residuum erit orbis anomalia. Pro Marte tamen in acronychiis corrigenda est longitudo Centrica, et anomalia orbis: assumendo cum longitudine Centrica inventa prostaphæresim longitudinis Centricæ, et cum anomalia orbis decimas proportionales: duc illam in istas, et ablatis quatuor literis, adde reliquas longitudini Centricæ inventæ: et habebis longitudinem Centricam correctam: quam aufer ex medio Solis motu, residuum erit vera orbis anomalia correcta

5.° cum anomalia orbis excerpe orbis prostaphæresim ducendo subjectas decimas in decimas asservatas, et ablatis quatuor literis ex producto, reliquas adde prostaphæresi inventæ ut fiat absoluta.

6.° hanc adde vel subtrahe longitudini Planetæ Centricæ et habebis

bis veram longitudinem ab æquinoctio medio, et cum prosta-
phæresi æquinoctiorum, ab æquinoctio vero.

31. Pro Latitudine

1.° aufer medium motum Nodi Borei ex Longitudine Centrica Pla-
netæ, residuum erit vera Planetæ distantia a Nodo Boreo

2.° cum hac distantia ex Canone Communi Latitudinis in tabula
5.ª Saturni, sume decimas communis Latitudinis et si distantia
reperitur in sinistra canonis parte, ingredere canonem 1.æ Latitu-
dinis; si vero in dextera, ingredere canonem 2.æ Latitudinis: et
cum anomalia Orbis vera sume Latitudinem: quam mul-
tiplica per decimas communis Latitudinis, et ablatis quatuor
literis, reliquum erit vera Planetæ Latitudo Borea, vel
Austrina, prout Canones docent.

Hæc omnia illustriora fiet sequenti Paradigmate

Paradigma.

32. Long. ♓ 4.9. Lat.° 1.19.

A	1	Med. Motus Solis	07.7269
B	2	Med Motus Longitudinis Saturni	93.1824
C	3	Med Motus Apogæi Saturni	74.2861
D	4	Med. Motus. Nodi Borei Saturni	32.3143
B–C	5	Anomalia Centri Saturni	18.8963
E	6	Prostaph Centri substr	01.6392
F	7	Decimæ asservatæ	00.2387
B–E	8	Longitudo Centrica Saturni	91.5432
A–B–E	9	Anomalia Orbis vera	16.1837
G	10	Prostaph. Orbis absol. add.	1.2593
B–E–G	11	Long.° ♄. vera ab æquin.° med.	92.8025
H	12	Prostaph æquinoct. add	0.0285
B–E+G+H	13	Long.° vera ♄. ab æquin.° vero	92.8310
B–E–D	14	distantia ♄ a Nodo Boreo	59.2289
K	15	Decimæ Latitudinis Communis	00.5524
L	16	Maxima Latitudo Austrina	00.6607
KL	17	Vera Latitudo Austr. Descend.°	00.3649

33 Invenienda sit Latitudo, et Longitudo Saturni ad idem tempus datum § 21. Disponantur termini prout in Paradigmate § 25 A. B. C. D. sunt medii motus: si C. med. Apogeum 74.2861. aufertur ex B media Longitudine ♄ remanet B_C Anomalia Centri 18.8963. cum qua sumitur centri Prostaphæresi E Subst. 01.6392. et decimæ subjectæ cum debita parte proportionali quæ asservantur in F. 0663. ablata igitur centri Prostaphæresi, quia substractiva est, ex media Longitudine B. 93.1824 remanebit B_E Longitudo centrica 91.5432. quæ si auferatur ex medio Solis motu A. 07.7269: remanebit A_B_E. Anomalia Orbis vera 16.1837 cum qua sumitur Prostaphæresis Orbis, multiplicando decimas subjectas cum decimis asservatis prout § 23. et Prostaphæresis absoluta additiva G. 1.2593. qua addita, quia additiva est Longitudini Centricæ B_F 91.5432: fit B_E+G. Longitudo Vera ♄ ab æquinoctio medio 92.8025. et cum Prostaphæresi Æquinoctiorum add. H. 0.0285 fit Vera ♄ Longit.° ab æquinoctio vero B_E+G+H. 92.8310.

34 Pro Latitudine Vero aufertur D. Med. Mot. Nodi Borei 32.3143. ex Longitudine centrica B_E. 91.5432. et remanet D_B_E. distantia Planetæ a Nodo Bor. 59.2289. cum hac sumuntur decimæ Latitudinis communis K. 0.5524 et cum Anomalia Orbis Vera 16.1837: sumitur maxima Planetæ ex Canone 2æ Latitudinis, quia distantia a Nodo inventa fuit in latere destro Latitudinis communis; et invenitur maxima ♄ Latitudo H. 0.6607. multiplicando tandem K, et H. nempe decimas Latitudinis communis 0.5524. per maximam Latitudinem inventam 0.6607. et abjectis quatuor Literis: relinquitur KH. Vera ♄ Latitudo. 0.3649. Meridionalis.

meridionali: quæ omnia observantur in Iove, et Marte. Si distantia Planetæ a Nodo Boreo est minor 25.0000. et maior 75.0000 erit ascendens. Si autem maior 25.0000. et minor 75.0000. erit descendens, prout in nostro exemplo

35 Exemplum ♃ addatum tempus §21.

A	1	Medius Motus Long. Soli	07.7269
B	2	Med. Mot Long. Iovis	28.8083
C	3	Med. Mot Apogæi Iovis	51.1965
D	4	Med. Mot. Nodi Borei Iovis	26.5278
B_C	5	Anomalia Centri	77.6118
E	6	Prostaph Centri Add.	1.4259
F	7	Decimæ asservatæ	.3482
B+E	8	Longitudo Centrica	30.2342
A_B+E	9	Anomalia Orbis Vera	77.4927
G	10	Prostaph. Orbis absoluta Substr.	2.7633
B+E_G	11	Longitudo vera ♃ ab æquin.º medio	27.4709
H	12	Prostaph. æquinoctiorum add.	0.0285
B+E_G+H	13	Vera Long.º Iovis ab æquin.º Vero	27.4994
B+E_D	14	Distantia ♃ a Nodo Boreo	3.7064
K	15	Decimæ Latitudinis Communis	.2217
L	16	maxima ♃ Latitudo	.3523
KL	17	Vera ♃ Latitudo Borea ascendens	0781

36 Exemplum ♂ ad datum tempus §.21.

A	1	Med. Mot. Long. Solis	07.7269
B	2	Med. Mot Long. Martis	68.2970
C	3	Med. Mot. apogæi Martis	40.8548
D	4	Med. Mot Nodi Borei Martis	13.4525
B_C	5	Anomalia Centri	27.4422
E	6	Prostap Centri Substr	3.0585
F	7	Decimæ asservatæ	0.4151
B_E	8	Longitudo Centrica	65.2385
A_B_E	9	Anomalia Orbis Vera	42.4884
G	10	Prostaph Orbis Add.	9.9558
B_E+G	11	Long.º vera ♂ ab æquin.º medio	75.1943
H	12	Prostaph æquinoct Add	0.0283
B_E+G+H	13	Long.º Vera ♂ ab æquinoct.º Vero	75.2226
	14	Distantia ♂ a Nodo Boreo	51.7660
	15	Decimæ Latitudinis Communis	.1065
	16	Maxima Latitudo ♂	1.0612
	17	Vera ♂ Latitudo Austrina desc	0.

§ 37. Planeta Soli oppositus ortum habet Acronyctum sive Acronycum, quia supra horizontem ascendit in principio noctis occidente Sole: et tunc ipse Planeta dicitur Acronycus, vel in acronychia Soli oppositione. Quando igitur Mars est in Acronichiis, vel circa acronychias, nempe in signis Aquarij, Piscium, Arietis, Tauri, valde accedit ad terram; ideoque Solis eccentricitas sensibilem habet proportionem ad radium Orbis Martis. Unde fit eius apparentes motus speciali correctione indigere, iuxta praeceptum traditum §.30 quando scilicet eius Longitudo centrica minor fuerit 25.0000 et maior 75.0000: et orbis Anomalia maior 37.0000: et minor 63.0000: quae omnia sequenti exemplo illustriora fient. Anno 1593. die 24. Augusti stilo veteri: hoc est 3. Septembris iuxta Gregorianam correctionem: hor 9: 11. 24 post meridiem Stella Martis observata fuit in ♓ 12.38: ad quod tempus inveniuntur sequentes medii motus prout a Paradigmate

38 Paradigma ♂ in Acronychiis

A	1	Med. Mot. Solis	45.1879
B	2	Med. Mot Long ♂	94.1007
C	3	M. M. Apogaei ♂	40.3810
D	4	M. M. Nodi Borei ♂	13.2258
B-C	5	Anomalia Centri ♂	53.7197
E	6	Prosth. Centri Add	0.7922
F	7	Decimae asservatae	0.9795
B+E	8	Longitudo Centrica ♂	94.8929
A-B+E	9	Anomalia Orbis ♂	50.2950
Z	10	Prosth Longitudinis Centricae Add	0.2742
B+E+Z	11	Longitudo Centrica ♂ Correcta	95.1671
A-B+E+Z	12	Anomalia orbis correcta	50.0208
G	13	Prosth. Orbis Substr.	0.0604
	14	Long.° vera ♂ ab aequin.° medio	95.1067
	15	Prosth aequinoctiorum Add	0.0667
	16	Vera Long.° ♂ ab aequin.° vero	95.1734
		Hoc est in ♓. 12. 35. 27	

11

39. Quoniam B+E Longitudo Centrica 94.8929 maiores 75.0000 et Anomalia Orbis 50.2950, maior quam 37.0000 et minor quam 63.0000: utraque erit corrigenda: Cum Longitudine Centrica 94.8929: accipio ex propria tabula Prostaphæresim Longitudinis Centricæ ♂ in Acronychiis: et invenio 0.2752: deinde cum anomalia Orbis 50.2950 sumo decimas proportionales ex proprio Canone ♂ et invenio 9965: ducentur hæ decimæ in prostaphæresim inventam 0.2752 et ex producto ablatis quatuor literis remanet Prostaphæresis absoluta 0.2742: quæ semper additur Longitudini Centricæ et fit Longitudo Centrica Correcta 95.1671. Eadem Prostaphæresis aufertur semper ex Anomalia Orbis: et fit etiam Anomalia Orbis Correcta 50.0208: cum qua sumitur Prostaphæresis Orbis modo solito: quæ hic est 0.0604: Subtr. ablata igitur ex Longitudine Centrica correcta remanet Vera Longitudo ♂ ab æquinoctio medio 95.1067 et cum Prostaphæresi æquinoctiorum ab æquinoctio vero 95.1734. Erat igitur ♂ tunc temporis in ♓ 12.37.27 latitudo correctione non indiget, ideoque colligitur prout in Paradigmate §.36.

CAPUT. VIII.

De Vera Longitudine inferiorum Planetarum ♀ et ☿ et de ipsorum Latitudine

40. 1.° Inquire medios motus Solis, Anomaliæ Orbis Mediæ, Apogæi, et Nodi Borei, vel Austrini

2.° aufer medium apogæum ex M. M. Solis, et residuum erit Anomalia Centri.

3.° Cum Anomalia Centri accipe Centri Prostaphæresim et subiectas decimas asserva, illam vero adde, vel aufer M. Motui Solis, et habebis

habebis Longitudinem Centricam.

4.° adde vel aufer modo contrario eandem centri Prostaphæresim Anomaliæ orbis mediæ, et comparabis Anomaliam Orbis Veram.

5.° Cum Anomalia Orbis Vera sume Prostaphæresim Orbis modo solito (§23) ut sit Prostaphæresis absoluta quam adde vel aufer Longitudini Centricæ, et adquires Longitudinem Veram ab æquinoctio medio, et cum Prostaphæresi æquinoctiorum ab æquinoctio vero

41. Pro Latitudine

1.° aufer nodum Boreum ♀, et Austrinum ♀ ex Longitudine Planetæ Centricæ: residuum erit distantia Planetæ a Nodo

2.° cum hac distantia sume decimas Latitudinis Communis ex tabula 5.ta Saturni: ex qua disces an 1.m vel 2.m declinationis Canonem propriæ declinationis adire debeas; prout distantia a Nodo inventa fuerit in Sinistra, vel in dextera parte

3.° cum Anomalia Orbis vera ex 1.° vel 2.° Canone declinationis sume declinationem Boream vel Austrinam: quam duces in decimas Latitudinis Communis, et abjectis quatuor literis habebis declinationem Boream, vel Austrinam, quam serva

4.° distantiæ a Nodo adde quadrantem nempe 25.0000 et cum summa accipe iterum decimas Latitudinis Communis, et simul disces an 1. vel 2. reflexionis canonem ingredi debeas: prout dicta summa inventa fuerit in Sinistra, vel in dextera parte.

5.° Iterum cum Anomalia Orbis vera sumes reflexionem Planetæ ex 1. vel 2.° Canone reflexionis: eamque duces in decimas Latitudinis Communis pro reflexione inventas, et abjectis

tis quatuor literis habebis reflexionem Boream, vel Austrinam prout tabulæ docent

6.° Si utraque latitudo, nempe declinatio, et reflexio fuerint eiusdem denominationis Boreæ, vel Austrinæ, earum summa erit vera Planetæ latitudo. Si autem fuerint diversæ denominationis, scilicet una Borea, et altera Austrina, auferes minorem ex maiore, residuum erit vera latitudo Borea vel Austrina pro denominatione maioris

Paradigma ♀ ad tempus datum §. 21

A	1	M.M. Solis et ♀	07.7269
B	2	M.M. Anomaliæ ♀	49.8800
C	3	M.M. Apogæi ♀	25.6974
D	4	M.M. Nodi Borei ♀	20.0157
A–C	5	Anomalia Centri ♀	82.0295
E	6	Prostaphæresis Centri Add	0.4988
F	7	Decimæ asservatæ	0.2574
A+E	8	Longitudo Centrica ♀	8.2257
B–E	9	Anomalia Orbis Vera	49.3812
G	10	Prostaph. Orbis absoluta Add	1.5285
A+E+G	11	Longitudo ♀ ab æquin.° medio	9.7532
H	12	Prostaph. æquin.° Add	0.0285
A+E+G+H	13	Long.° ♀ ab æquin.° vero	9.7817

Hoc est. 8. 5. 13.

Pro Latitudine

A+E–D	14	Distantia ♀ a Nodo Boreo	88.2100
K	15	Decimæ comm pro 2.ª declin.ᵉ	0.6774
L	16	Maxima declin.° Borea	2.4158
KL	17	Declin.° ♀ Borea	1.6764
A+E–D+Q	18	Distantia a Nodo cum Quadrante	13.2100
M	19	Decimæ comm. pro 1 reflexione	0.7309
N	20	Maxima Reflexio Borea	0.0928
MN	21	Reflexio Borea ♀	0.0677
KL+MN	22	Vera Latitudo Borea	1.7041

Hoc est 6. 8. 32.

43. Medii motus sunt A.B.C.D. Ablato apogæo C. ex Medio M. Solis

remanet A–C. Anomalia Centri 82.0295. cum qua sumuntur E. Prostaphæresis centri additiva, et F decimæ asservatæ: addita ergo Prostaphæresi 0.4988 Medio Solis motui 7.7269 fit A+E Longitudo Centrica 8.2257: et auferendo eamdem Prostaphæresim centri 0.4988 ex B. Medio motu Anomaliæ, residuum erit B–E Anomalia Orbis vera 49.3812. cum qua sumo Prostaphæresim Orbis 1.4885. cum decimis subjectis 1558. has multiplico per decimas asservatas F 2574: et rejectis quatuor literis remanent 400: quibus additis Prostaphæresi inventæ 1.4885. fit Prostaphæresis Orbis absoluta additiva 1.5285: quæ scribitur in linea G: addita ergo Prostaphæresis absoluta G. Longitudini Centricæ A+E: fit A+E+G. 9.7532. Longitudo vera ab æquinoctio medio: et cum Prostaphæresi æquinoctiorum erit Vera Longitudo ♀ ab æquinoctio Vero. 9.7817.

44. Pro Latitudine aufero D. Medium motum Nodi Borei ex A+E Longitudine centrica: nempe 20.0157 ex 8.2257: addita prius integro circulo ut substractio fieri possit et erit 108.2257: residuum est A+E–D. nempe 88.2100: distantia ♀ a Nodo Boreo. cum hac distantia ingredior canonem Latitudinis Communis, qui reperitur in tabula 5.ª ♄ et excerpo decimas pro 2.ª declinatione ♀. quia dicta distantia reperitur in parte dextera: asservo decimas K 6774: et cum Anomalia Orbis vera B–E 49.3812 ingredior canonem 2.ª declinationis ♀, et invenio declinationem maximam Boream L. 2.4158: quam multiplico per communes decimas inventas K 6774: et ablatis quatuor literis fit KL declinatio ♀ Borea 1.6364. Tandem distantiæ a

Nodo

a Nodo Boreo A+E–D. 88.2100. addo quadrantem circuli 25.0000 et fit distantia cum quadrante 13.2100: cum qua ex eadem tabula communis latitudinis excerpo decimas M. 7309 pro 1.a reflexione ♀: quia prædicta distantia reperitur in parte sinistra Canonis: et cum Anomalia Orbis vera 49.3812. ingredior Canonem 2.a reflexionis ♀. et invenio maximam reflexionem ♀ N 0928: quam multiplico per decimas communes 7309: et fit MN reflexio Borea ♀ 0677: et quia declinatio inventa 1.6364. et reflexio 0677. sunt eiusdem denominationis: summa utriusque erit 1.7041. Vera latitudo Borea ♀

Paradigma ☿

Ad idem tempus datum §. 21.

A	1	M.M. Solis et ☿	07.7269
B	2	M.M. Anomaliæ ☿	71.3140
C	3	M.M. Apogæi ☿	66.8484
D	4	M.M. Nodi Austrini ☿	62.3102
A–C	5	Anomalia Centri ☿	40.8785
E	6	Prostaph. Centri Substr.	0.4886
F	7	Decimæ asservatæ	0.9435
A–E	8	Longitudo Centrica ☿	07.2383
B+E	9	Anomalia Orbis vera	71.8026
G	10	Prostaph. Orbis absol. Substr	6.4771
A–E–G	11	Longitudo ☿ ab æquin.º Med.	0.7612
H	12	Prostaph. æquinoct. Add	.0285
A–E–G+H	13	Longit.º Vera ☿ ab æquin.º Vero	0.7897
		Hoc est ♈. 2. 50. 35.	
		Pro latitudine.	
A–E–D		Distantia ☿ a Nodo Austrino	44.9281
K		Decimæ comm. pro 1.ª declin.ᵉ	0.3041
L		Maxima declin.º Borea	0.1388
KL		Declinatio ☿ Borea	0.0422
A–E–D+Q		Distantia ☿ a Nodo Austr cum Quad:	69.9281
M.		Decimæ Comm. pro 2.ª reflexione	0.9140
N		Maxima reflexio Australis	0.6137
MN		Reflexio ☿ Australis	0.5609
MN–KL		Latitudo Vera ☿ Australis	0.5187
		Hoc est. 1. 52	

Hoc paradigma explicatione non indiget: cum solum differat a præcedenti; quia Prostaphæresis Centri aufertur a Medio motu ☉. et additur Mediæ anomaliæ: tum declinatio Borea aufertur a reflexione austrina, minor a maiore, et remanet latitudo austrina pro denominatione maioris.

CAPVT. VIIII

De Conversione Decimarum

46. Decimæ, quarum magnus est in nostro calculo usus, aliæ sunt circuli, et convertendæ sunt in signa, gradus, minuta, et secunda: aliæ sunt diei, et convertendæ in horas, minuta, et secunda temporis. Conversionem hanc in locum istum proieci, quia 1.º post absolutum Planetarum calculum est instituenda, et antea minime necessaria. 2.º vero ad Planetarum aspectus investigandos conducit: illa perficitur tabula 2.ª Circuli, ista vero tabula 1.ª temporis

47. Si ergo convertendus Saturni locus, cuius longitudo vera inventa § 32. inventa est. 92. 8310: assumo igitur duas primas literas ad sinistram 92: et cum illis ingredior tabulam 2. circuli inquirendo decenarium nempe 90 in latere sinistro, et unitates nempe 2. in fronte, et in angulo communi in 1.ª linea invenio. 11. 1. 12. hoc est 11. signa: 1. gra et 12. min: quæ scribo prout in Paradigmate.

Paradigma.

Sig.	Grad.	Min.	Sec.	Ter.
11.	1.	12.		
	2	59.	17.	
		0.	12.	57
11.	4.	11.	29.	57.

Deinde ex datis decimis. 92. 8310. assumo duas sequentes literas, nempe 83: et in eadem tabula quæro decenarium 80. in latere, et unitates 3. in fronte, et in angulo communi in 2.ª

2.ª linea invenio 2. 59. 17. hoc est 2. grad. 59. min. et 17. secunda, quæ scribo prout in paradigmate, relinquendo ad sinistram unum spatium vacuum. Tandem cum duobus ultimis literis nempe 10 ingredior eandem tabulam accipiendo decenarium in latere sinistro, et zero in fronte, et in angulo communi in 3.ª linea invenio 0. 12. 57. hoc est 0. min. 12. sec. et 57. tertia quæ scribo relinquendo aliud spatium vacuum ad sinistram ut vides: Collige omnium summam, quæ erit 11. sig: 4. gr. 11. min: 29. sec. et 57. tertia: et quia completa sunt 11. signa, erit Saturnus in signo duodecimo nempe in Piscibus: Locus igitur verus ♄ est ♓. 4. $11'$. $29''$. $57'''$: et idem est de reliquis.

48. Sit secundum exemplum in latitudine ipsius Saturni §32. inventa, quæ est: 00. 3649: Quia duæ primæ literæ: 00. nullum habent valorem, nullus pro eis ingressus in tabulam instituendus est: Assumo igitur duas secundas literas nempe 36: et inquiro decenarium nempe 30 in latere sinistro, et unitates 6. in fronte, et in angulo communi in 2.ª linea invenio 1. 17. 45. hoc est 1 gr. 17. min. et 45. sec. quæ scribo prout in paradigmate. Assumo deinde duas ultimas literas ex 00. 3649. nempe 49. et e regione 40, et 9: invenio in 3.ª linea communis anguli 1. 3. 30: quæ scribo relinquendo ad sinistram unum spatium vacuum:

Paradigma

Gr.	Min.	Sec.	Ter
1.	17.	45.	
	1.	3.	30.
1.	18.	48.	30.

Summa omnium est 1. gr. 18. min. 48. sec. 30. tertiæ dices igitur veram ♄ latitudinem esse 1. gr. 18. $48''$. $30'''$. Ex quibus constat

primo

primam tabulæ lineam incipere a signis, et inservire pro duabus primis literis: secundam incipere a gradibus et inservire pro duabus mediis: tertiam incipere a minutis, et inservire pro duabus ultimis. Quia res per se clara est pluribus exemplis parcendum duxi, ne lectoris otio viderer abuti.

49. Conversio decimarum diei in horas, minuta, et secunda horarum, paulo aliter instituenda est per tabulam 1.a temporis. Sint datæ decimæ diei. 7847. addantur ipsis duæ ciphræ. 00: ad dexteram erunt 784700: quæratur in 1.a tabula sub titulo decimæ numerus proxime minor et invenietur 750000: et ad sinistram 18. horæ: auferatur ergo 750000 ex 784700. Residuum erit 34700. hoc residuum quæratur in sequenti canone Conversionis minutorum in 1.a linea, et invenio numerum proxime minorem 34027: cui respondent ad sinistram 40. et in fronte 9 hoc est 49 minuta: aufero ergo 34027. ex 34700. residuum est 673. quod iterum inquiro in eadem tabula in 2.a linea, et invenio proxime minorem 670: cui respondent ad sinistram 50. et in fronte 8. hoc est 58 secunda. Concludo igitur decimas datas diei 7847. esse 18. hor. 49 et 58. et sic de reliquis.

Paradigma

Decimæ datæ		784700
Horæ	18.	750000
Resid.		34700
Min.	49.	34027
Resid.		673
Secunda	58	670

CAPUT X.

de mediis Syzygiis inveniendis dato quolibet mense

50. Syzygia Latine conjugium, sive conjugatio dicitur. Proprie

solam

solam Planetarum conjuntionem significare debuit, late tamen ad omnem Planetarum aspectum, et configurationem extenditur. Sed cum Luminarium Solis, et Lunæ habitudo frequentius consideranda veniat, præcipue Conjuntio, et oppositio, ideo pro his radiationibus Syzygia sumitur, pressius vero quasi antonomastice pro Neomania, et Lunari Copula. Media igitur Syzygia dicitur medium novilunium quando scilicet Luna motu æquali, et medio Soli invenitur Conjuncta, nihil ab eo distans. Mediæ igitur Syzygiæ investigatio insignem habet usum ad veros omnes Lunares aspectus determinandos, quorum præcipue magnus est usus sive in medicina, sive in agricultura exercenda. Tum etiam in eclipsibus tam Solis quam Lunæ determinandis; ideoque res tanti momenti pro dignitate æque mihi explicanda, et Lectori edicenda est.

51 Præceptum

1.° ad initium dati mensis inquiratur medius motus Longitudinis Lunæ a Sole

2.° inventa Longitudo auferatur ab integro circulo 100.0000. residuum erit distantia Lunæ a novilunio proxime futuro, quod in datum mensem necessario incidit

3.° invento residuo adde quatuor cyphras ad dexteram 0000. et totum divide per motum diurnum Longitudinis Lunæ a Sole, nempe 3.3863. quotiens dabit dies novilunii, et dies decimas

4.° tempori novilunii invento adde 14. dies, horas 18.22. $\frac{1}{2}$

2. nempe dies cum decimis 14.7653. et proveniet medi plenilunii tempus. quæ addito si continuetur habebis successive novilunium sequentis mensis, et plenilunium &c.

52. Exemplum.

Inquirendum sit medium novilunium mensis Aprilis anni currentis 1670. Medius motus Longitudinis Lunæ a sole in primo dati mensis exordio invenitur 37.8841. Hac longitudine ablata ab integro circulo, nempe 100.0000. residuum erit 62.1159. distantia Lunæ a medio Novilunio proxime futuro: quæ substractio facillime haberi potest sumendo complementum cuiuslibet literæ ad 9. ut in exemplo ablatis 3. ex 9 remanent 6. Exemplum substract.

et 7 et 9 remanent 2: &c. Huic residuo invento adde quatuor cyphras 37.8841. 62.1158.0000

0000. et totum 6211580000. divide per motum diurnum Lunæ 33863. quotiens erit 18.3432. quatuor literæ quotientis ad dexteram interposito puncto sunt decimæ partes diei; reliquæ ad sinistram sunt completi dies mensis dati. Concludes igitur: medium Novilunium in diem 18. completum, vel 19. currentem Aprilis post meridiem 3432 decimis hoc est hor. 8. 14. 12 ex §. 49.

Tandem si tempore invento 18.3432 addas dies cum decimis 14.7653: habebis dies 33.1085 et ablatis dies 30. Aprilis incidet plenium in diem Maji completum 3.1085 hoc est in currentem diem 4 horis post meridiem 2. 36. 23 ut constabit facta decimarum reductione ex §. 49. additis iterum

14.7653.

14.7653 ad 3.1085. fiet Novilunium sequens die Maji completo 17.8738. hoc est currente die 18. horis post meridiem 20.58.16. et sic deinceps

53. ## Divisionis Praxis facillima

Cum divisor huius operationis perpetuo sit Motus diurnus Longitudinis Lunæ a sole 033863. et in tabula 4.a Lunæ constituta sit tabella huius divisoris usque ad 9. literas, institui potest divisio per solam subtractionem, methodo in nostra arithmetica exposita pag. 16. et 17. assumendo semper ex tabula Longitudinis Lunæ a sole sex tantum literas ad sinistram: in hunc, qui sequitur modum

Cum pro quotiente sex tantum literas inquiramus incipienda est operatio 1.a relinquendo ad dexteram 5 literas assumendo reliquas omnes ad sinistram: in 2.a operatione relinquuntur quatuor ad dexteram, et sic deinceps semper una minus. Relictis igitur quinque literis assumo 62115: et in tabula Longitudinis Lunæ a sole invenio proxime minorem 033863. et ad sinistram 1. scribo pro quotiente 1. et subscribo 033863 et facta subtractione residuum est 2825280000 Iterum relinquendo quatuor literas assumo 282528: et invenio in tabula proxime minorem

Quotientes	Praxis
	62115.80000
1	033863
	28252 8.0000
8	270905
	11623 0.000
3	101589
	14641 0.00
4	135452
	10958 0.0
3	101589
	7991 0.
2	067726

270905, et ad sinistram 8. scribo pro quotiente 8. et subscribo 270905. et facta subtractione, residuum est 116230000 iterum relictis tribus literis assumo reliquas 116230. et in tabella invenio numerum proxime minorem 101589. et ad sinistram 3. quam scribo in quotiente, et facta subtractione, remanet 14641000. relictis duabus literis assumo 146410. proxime minor est 135452: et ad sinistram 4: residuum est 1095800. relicta una litera assumo 109580. Proxime minor est 101589 et ad sinistram 3. residuum erit 79910. Tandem assumendo omnes literas invenio proxime minorem 067726. et ad sinistram 2. et ommitto substractionem, quia residuum inutile omnino est. Concludo igitur quotientem esse 18.3432. omnino ut antea

54. Quotiescumque vero relictis ad dexteram debitis literis pro 1.a vel 2.a operatione etc. reliquæ ad sinistram minores sunt quibuslibet sex primis tabellæ literis, ponitur pro quotiente zero: et progreditur ad sequentem operationem, assumendo præterea sequentem literam ex residuo: quod si adhuc assumptus numerus fuerit minor quibuslibet sex primis tabellæ literis, ponitur iterum zero pro quotiente: quod sedulo observandum est quando in tabella non invenitur numerus proxime minor. sed quia res per se clara est exemplum libere omitto.

CAPUT XI
de veris Syzygijs inveniendis dato quolibet mense.

55. 1.o inquire tempus mediæ Syzygiæ per præceptum cap. 10.o
2.o ad tempus mediæ Syzygiæ inventum inquire verum locum

cum

cum Solis et Lunæ sine æquinoctiorum Prostaphæresi:
et aufer minorem a maiori, ut habeas differentiam 1.ª
3.º inventæ differentiæ adde quatuor cyphras 0000, et to-
tum divide per motum horarium Lunæ in ☌ et ☍ ex
tabula 10.ª et quotientem divide iterum per 24 et 2.º
quotiens erit Prostaphæresis temporis addenda tempori
mediæ Syzygiæ si locus Lunæ fuerit minor loco Solis,
vel auferenda si mayor: et habebis tempus Veræ Syzy-
giæ, quam proximum Veritati
4.º iterum inquire ad hoc tempus locum Solis et Lunæ, qui
si omnino consenserint: habebis iam Veræ Syzygiæ tempus,
sin autem tolle minorem ex maiori ut habeas differentiā
2.ª quam multiplica per Prostaphæresim temporis et
productum divide per differentiam 1.ª et quotiens erit
Prostaphæresis 2.ª addenda vel auferenda tempori
proxime invento prout locus Lunæ fuerit minor,
vel maior: et invenies tempus quæsitum Veræ Syzygiæ

Exemplo res fiet
manifestior.

56. Inquirendum sit Verum Novilunium Septembris anni
currentis 1610. Novilunium medium per præceptum
§. 53 invenitur ad diem completum 12 cum decimis di-
ei 9962. Tempus igitur medij Novilunij erit comple-
tus dies. 12.9962. ad quod tempus colligo mediam Solis
longitudinem 48.1867: et Verum locum Solis ab æqui-
noctio medio 47.6521: et Verum locum Lunæ ab æqui-
noctio

noctis medio 48.3929. differentia utriusque est 7408. additis quatuor cyphris erit 74080000. anomalia orbis lunæ est 97.3744. cumque ex tabulla 10.a inveniò motum horarium lunæ 1266. divido igitur differentiam cum cyphris 74080000: per 1266 quotiens erit 58515. hunc divido iterum per 24. et erit prostaphæresis temporis 2438. et quia Locus Lunæ maior est: aufero has temporis decimas ex tempore medij Novilunij 12.9962. et prodibit tempus veri Novilunij quam proximum veritati dies 12.7524. Iterum ad hoc tempus inquiro verum Locum Solis ab æquinoctio medio 47.5854: et verum Locum Lunæ 47.5875. differentia 2.a est 21. quam multiplico per prostaphæresim temporis 2438. et producetur 51198. quem divido per differentiam 1.am 7408. et quotiens erit 6. quem aufero ex tempore proxime invento 12.7524 quia Locus Lunæ maior est, et provenit verum tempus veri Novilunij dies 12.7518. ad quod tempus vera Longitudo tam Solis quam Lunæ erit 47.5856. si ergo decimæ 7518 convertantur in horas et minuta, verum Novilunium accidet die 12 completo, vel currente 13. horis post meridiem 18.2.36 hæc omnia apparent in sequenti Paradigmate.

Paradigma ☌

A	1	dies Medij Novilunij septembris	12.9962
B	2	Locus Ver. Solis ab æquinoctio Medio	47.6521
C	3	Verus locus ☽ ab æquinoctio Medio	48.3929
C-B	4	1.ª differentia utriusque	.7408
D	5	Motus horarius ☽ in ☌	.1266
$\frac{C-B}{D}$	6	1.º Quotiens divisionis	5 8515
E	7	Prostaphæresis temporis 1.º Subst.	2438
A-E	8	Tempus Novilunij proximum vero	12.7524
F	9	Verus locus ☉ ad hoc tempus	47.5854
G	10	Verus locus ☽ ad idem tempus	47.5875
G-F	11	2.ª differentia	21
H	12	Productum ex 2.ª differentia et 1.º quotiente	5 1198
